



Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

Constantini de exaedificando templo seruatoris ad Macarium epistola.
Cap. XXIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

EVSEBII DE VITA.

Vctor Constantinus, Max. Aug. Macario S.

Constantini de exedificando templo seruatoris
ad Macarium epistola.

CAP. XXIX.

Tanta seruat is nostri erga nos benignitas declara,
ta est, ut nullam accurata dicendi ratio & vis sit,
que praesens miraculum pro dignitate explicare posse
videatur. Nam ut insigne illud sanctissimae illius passionis
monumentum, quod terrae visceribus abditum, totum
tamque multis annorum conuersationibus iam delituisse,
tum illuceferet seruis Dei, cum illi, hoste deuicto, in libertatem
essent vindicati, omnem profecto hominum admirationem longe superat. Etenim si omnes, qui in universi orbis terrae ambitu sapientes videantur, in unum locum congregati, aliquid pro rei dignitate dicere agrederentur, ne minimae huius parti, oratione ex aequo satisfacere possent. Miraculi enim magnitudo tanto plus
vniuersum humanæ rationis & naturæ captum vincit,
quanto res cœlestes & diuinæ humanis sunt valentiores.
Quapropter hoc unum mihi imprimis propositum sit ad dicendum, quod sicut vera fides se ipsa quotidie nouis miraculis patefacit, sic nostri omnium animi, omni mode, & concordi alacritate ad sanctas Euangelii leges contendas attentiores fieri debent. Præterea illud, quod cuique perspicuum esse arbitor, pro certo tibi cum primis persuasum velimus, hoc nobis præ ceteris rebus omnibus, maximè curæ esse, ut locus ille sacer, quem Dei iussu, turpissima simulachrorum mole, tanquam graui quodam onere imposito purgauimus, quenque & primis mundi temporibus, ipsius Dei iudicio sanctum habitum esse, & postea etiam, quia fidem passionis seruatoris tanquam è tenebris in lucem euocarit, multo clariorem sanctitatis suæ significationem dedisse cognouimus, præclaræ ædificationum structura exornetur.

Quod